



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XCIX. Das Kloster Diesdorf setzt fest, daß die von den Bewohnern des Dorfes Wiedersdorf abzuführenden Abgaben an die Nonnen unmittelbar entrichtet werden, am 24. Juni 1349.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

ptum sigillis nostris dedimus communitum. Datum et Actum Anno domini M^o. CCC^o. Quadragesimo nono, in die Beati Johannis Baptiste martiris gloriofi.

Nos Albertus prepositus, Mechtyldis Priorissa Totusque Conuentus sanctimonialium In dyfdorpe christifidelibus vniuersis recognoscimus per presentes, Quod in christo nobis dilecte . . . procuratrices Officii omnium animarum pro sexaginta marcis cum tercia dimidia Luneburgensium denariorum in emptionem ville wyderfdorpe expositis et conuerfis, ademerunt predicto Officio in eadem villa tercium dimidium chorum filiginis adtollendum et percipiendum perpetue de Curia, videlicet vnum chorum de Curia, quam pro nunc Conradus inhabitat, et vnum chorum de Curia, quam pro nunc Henneke vor deme dhore inhabitat, et dimidium chorum de Curia, quam Thebel tzebemer inhabitat, annis singulis in festo Beati Martini per dictos seu per quolibet dictas Curias possidentes dandum predictis et ad huiusmodi officium nichilominus presentandum. In Cuius facti uel recognitionis testimonium prefens scriptum sigillis nostris dedimus communitum. Datum Anno domini M^o. CCC^o. Quadragesimo nono, in die Beati Johannis Baptiste martiris gloriofi.

XCIX. Das Kloster Diesdorf setzt fest, daß die von den Bewohnern des Dorfes Wiederßdorf abzuführenden Abgaben an die Nonnen unmittelbar entrichtet werden, am 24. Juni 1349.

Nos Albertus prepositus, Mechtyldis Priorissa Totusque Conuentus Sanctimonialium In Dyfdorpe volumus et per presentes vniuersis lucidius protestamur, Quod quicquid quilibet Ciuis ville Wyderfdorpe specialiter de Curia sua ad debitum censum filiginis dare consueuerit, id vnusquisque soluere debet annis singulis vnique Domine Commoniali nostre suo tempore, cui filiginem presentabit. In Cuius testimonium presentem litteram sigillis nostris dedimus communitam. Datum Anno Domini M^o. CCC^o. Quadragesimo nono, In die Beati Johannis Baptiste martiris gloriofi.

C. Iwan und Paridam von dem Knefbeck schenken die Dörfer Bergmoor, Höddessen und Haselhorst dem Kloster Diesdorf, (am 27. Mai 1350?).

Nos ywan et paridam, fratres, famuli dieti de Knefbecke, Recognoscimus tenore presentium publice protestando, Quod cum vnanimi consensu et voluntate nostrorum heredum, quorum interest vel quomodolibet interesse poterit in futuro, dimisimus ac dimittimus Honorabili viro Domino Otrico preposito, Mechtildi Priorisse Totique Conuentui sanctimonialium in Dyfdorpe proprietatem cum aduocacia trium villarum scilicet Beremer, Hodellum, Haselhorst sicut nos posse-